



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

78. An Inquisitores possint procedere contra blasphemantes hæreticaliter
ex iracundia? Et an Inquisitores possint punire blasphemantes sub
conditione, v. g. non credo in Deum, nisi te occidam? Ex p. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Et Potestate Inquisitorum. Ref. LXXVI. & c. 445.

riónē aliā circumstantiā & indicia concurrerent, & habē opinionem tenet etiam Soula in *aphor. Inquisit. lib. 2. cap. 19. n. 2.*

3. Norandum est etiam hic obiter quod Hippolytus de Marfilis in *pract. crim. §. diligenter*, num. 17. & alij, docent quod si testes singulares sint valde digni viri, nobiles, & egregie personæ conjunguntur, faciunt plenam probationem contra reum. Sed ego contrariam sententiam teneo cum docto Cantera in *q. crim. cap. 2. de probat. per testes, quest. 5. num. 3.* quem omnino vide. Vide etiam Campegius in *addit. ad Zanchinum capite 13. lit. C.*

RESOL. LXXVI.

An Inquisitores possint condemnare absolutum, iterum de eodem crimine superveniente probatione pleniori? Ex p. 4. tr. 8. Ref. 10.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam videtur docere Instructio Hispal. anno 1484. n. 3. sic habetur, [Item acordaron y ordenaron que los que fueren presos por este delicto que no sean fatigados en las carceres, en la dilacion del tiempo, que luego se haga el proceso con ellos, porque no aya lugar de que xarse y no se detengan a causa de no haver entera probança, pues que es causa quando sobreviene probança se puede de nuevo agitar no obstante la sentençia que fuerte dada.]

2. Sed istam constitutionem aliqui intelligunt de reo qui fuit absolutus ab instantia judicis; secus autem si fuit in totum absolutus, ne repugnet juri communi & legi si cui §. 1. ff. de accusationibus, & cap. de his de accusat. & ex autoritate & argumento l. libellorum, & cap. cum p. de accusatione. Vide Brunum de *heret. lib. 4. c. 8.* & Decium *conf. 137.*

3. Verum his non obstantibus Ioan Rojas de *heret. p. 2. assert. 40. n. 385.* docet, quod absolutus, sive ab instantia judicis, sive definitive, iterum de eodem crimine pleniori superveniente probatione poterit condemnari, & infra num. 386. etiam docet condemnatum pena arbitraria, quia delictum non fuit plene probatum posse ordinari pena puniri superveniente de eodem crimine legitima probatione, & ita observatur in praxi in Sacro Tribunali S. Inquisitionis Hispaniæ. Unde post hæc scripta hanc sententiam tenet etiam Soula in *aphor. Inquisit. lib. 2. c. 37. n. 31.* & ideo à fortiori observandum est id, quod determinat Instructio Toletana anno 1561. num. 69. ubi sic ait: [Quando huviere processo contra alguna persona determinado, o sin determinarse, y estuviere sobrefecido aunque no sea de heregia formal, sino que por otra razon pertenezca al S. Officio sobreviniendo nueva probança de nuevos delitos deve acumular el processo viejo con el processo nuevo para agravar la culpa y el Fiscal haga mencion del en su aculacion.] Sic ibi.

RESOL. LXXVII.

An Inquisitores possint procedere, & punire dispuantes de fide in casu de jure prohibito?

Et an in dicta prohibitione cap. 2. de hæreticis in 6. non includatur Clericus quamvis indoctus, & quamvis peccet contra legem naturalem exponendo se periculo errandi: sed non autem incidet in excommunicationem latam in dicto capite?

Que quidem excommunicatio etiam à laicis non incurritur ipso facto sed per judicem Ecclesiasticum est infligenda? Ex p. 4. tr. 8. Ref. 56.

Tom. V.

§. 1. **R**espondeo affirmativè, & ita docet Michaël Zanardus in *direct. Theol. part. 2. cap. 6. q. 32.* Vmbertus Locatus in *praxi Inquisit. ver. disputare*, num. 2. & ex neotericis Farinacius de *heresi quest. 78. num. 117.*

2. Norandum est tamen quod in cap. quicumque, §. in hibernis de heret. in 6. prohibetur laicis de fide disputare, etiam quod sint personæ doctæ & litteratæ, ut observat Albertinus de *agnoscend. q. 13. n. 12.* Valentia tom. 3. disp. 1. q. 10. punct. 4. post 2. conclus. Regna in *direct. Inquisit. p. 1. q. 10. comment. 25.* Azorius tom. 1. lib. 8. cap. 26. q. 1. Aragon. in 2. 2. q. 10. art. 7. notab. 2. & alij, ubi infra, nisi in casu magnæ necessitatis, vel utilitatis, ut si in aliquo loco adesset aliquis hæreticus, qui fides perverteret, nec ibi adesset Ecclesiastici docti, qui adversus illum partes fidei susciperent, tunc enim laico docto non solum non prohibetur, sed etiam tenetur cum illo hæretico, de fide disputare, & ita docet Becanus tom. 3. tract. de fide cap. 15. q. 7. n. 6. Suarez etiam tract. de fide disp. 20. sect. 1. n. 11. Turrianus in 2. 2. D. Th. tract. de fide, q. 10. art. 7. disp. 50. Sanctarellus de *heresi cap. 8. dub. 2. n. 7.* & alij.

3. Nota etiam, quod in dicta prohibitione cap. 2. de heret. in 6. non includitur Clericus, quamvis indoctus, quia textus loquitur de laicis, peccabit tamen contra legem naturalem, exponendo se periculo errandi. Ita Sanctarellus loc. cit. n. 8. Becanus n. 7. Azorius & Sanchez in *sum. tom. 1. lib. 2. cap. 6. num. 8.* & alij, non autem incidet in excommunicationem latam in d. cap. quæ quidem excommunicatio etiam à laicis non incurritur ipso facto, sed per judicem Ecclesiasticum est infligenda, ut notant DD. citati.

RESOL. LXXVIII.

An Inquisitores possint procedere contra blasphemantes hereticiter ex inacidia?

Et an Inquisitores possint punire blasphemantes sub conditione, v. g. non credo in Deum, nisi te occidam? Ex p. 4. tr. 8. Ref. 87.

§. 1. **P**rima facie videtur quod non, ex verbis Instructionis Hispal. anno 1550. n. 4. ubi sic habetur: [Porquanto los Inquisidores algunas vezes prenden por causas livianas no concluyentes heregia deraçamente por palabras que mas son blasphemias que heregia dichas con enojo o ira que de aqui adelante no se prenda ninguno desta calidad si dula huviere que lo consulten con los Inquisidores Generales.] Sic ibi.

2. Sed supradicta verba, en blasphemias dichas con enojo, &c. intelligenda sunt de blasphemis non hereticalibus, ut optimè notavit Ioan. Rojas de *heret. p. 2. num. 172.* & apparet ex aliis verbis, ibi, [No concluyentes heregias deraçamente, quæ verba etiam clarè demonstrant Inquisitores de blasphemis hereticalibus solum inquirere, quod etiam apparet per illa verba Instructionis Toletanæ anno 1561. numero 65. ubi sic habetur: [Los Inquisidores proceden contra algunos culpados por cosas que los hazen sospechosos en la fe, y por la calidad del delicto y de la persona no lo juzgan por herege como son los que contrahen dos matrimonios o por blasphemias calificadas:] ubi per blasphemias calificadas intelliguntur blasphemias hereticas, & ita tenet Castrus de *just. heretic. puni. lib. 1. cap. 12.* Eymericus in *direct. Inquisit. part. 2. quest. 41.* & ibi Pegna *comment. 66.* Bañez in 2. 2. quest. 18. art. 1. & alij, quos citat & sequitur Antonius Sanctarellus de *heresi cap. 80. lib. 2. numero 1.* qui tamen adducit Constitutionem Iulij III.

P p

quæ

quæ incipit, *In multis*, &c. ubi super blasphemias etiam non hereticas constituuntur iudices Inquisitores. Sed hoc in praxi non observatur. Nam in Tribunali S. Inquisitionis hodie tantum contra blasphemantes hereticas inquiruntur, etiam si ex calore iracundiae dictas blasphemias fecerint, ut tenet Rojas loc. citat. & Albertin. de agnoscen. quest. 27. num. 18. cum aliis, licet tales puniendi sint mitiori poena. Vide etiam Riccium in praxi tom. 1. resolut. 423. ubi asserit blasphemantes calore iracundiae & in ludo, debere abjurare. Sed de hoc infra. Vide etiam Emmanuelem de Valle Moura opus. de ensal. sect. 3. cap. 3. num. 7. ubi invehitur in quemdam Theologum, qui liberavit à jurisdictione Inquisitorum blasphemantem ex magna iracundia & vehementi passione.

Inf. in ref.
quæ hic est
inf. in tr. 12
ref. 2. §. 1.
ad med.

4. Notandum est etiam hic obiter quoddam Inquisitores possunt punire blasphemantes sub conditione, ut v.g. Non credo in Deum, nisi te occidam, quia hæc blasphemia conditionalis habet in se puram, implicitam affirmativam, videlicet quoddam si ad occidendum illum opus fuerit in Deum non credere, paratus est libenter facere. Ita Rojas ubi supra, num. 173. & 174. & post illum Lazarius de tract. blasphemia, quest. 6. num. 11.

RESOL. LXXIX.

An Inquisitores possint punire tamquam hereticum Confessarium asserentem penitentem, ut sibi revelet complices, alias cum non posse, nec velle absolvere?

Et an in tali casu penitens teneatur denunciare talem Confessarium tamquam hereticum in Tribunali S. Inquisitionis? Ex p. 4. tr. 8. Ref. 97.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Medina in summa lib. 2. cap. 4. §. 1. quem sequitur Lopez in instruct. Confess. part. 1. cap. 27. §. Commendamus quoque. Vnde putant talem Confessarium esse denunciandum, quia hæresis est affirmare, quoddam teneatur penitens eam circumstantiam confiteri, nam sequeretur licitum esse infamare proximum.

2. Sed contrariam opinionem tuetur Villalobos in summa, tomo primo, tractatu nono, difficult. 38. numero nono, ubi sic ait: [Añade Medina, que si el Confessor dice al penitente no os he de absolver, ni puedo hazerlo si no me revelais el complice, que el penitente en tal caso tiene obligacion à denunciarlo como herege en el S. Oficio, porque es herege dezir, que esta circunstancia es necessaria declararla en la confesion, y por el consequente dize, que si el penitente viene à confessarse cop otro, y le dize lo que se passo con el primero que no le ha de absolver hasta que denuncie al S. Oficio como de Heresia y trayga recaudo como lo ha hecho assi. Pareçeme que el P. Maestro Medina estava muy colerico que el sentido de aquellas palabras no es tan rigoroso como el le haze, que el dezir, no puedo, muchas vezes es mesmo que no quiero. Ita ille; & ita etiam hanc sententiam tenet Cortolanus tract. de cas. reserv. part. 1. sect. 3. art. 9. num. 3. ubi citat Petrum Navarra. Et ratio est. Nam licet sit hæresis dicere, non esse illicitum infamare proximum, tamen controversatur inter DD. an revelatio complices in confessione sacramentali facta, sit infamare proximum, de qua questione vide me ipsum in 1. part. tr. 7. Ref. 10. 7. de circumstan. ref. 49. &c.

Quæ nunc
est in tom. 1.
tr. 7. Ref. 10.
&c.

RESOL. LXXX.

An Inquisitores possint punire Confessarios frangentes sigillum Confessionis?
Et notatur Sacerdoti, qui sigillum confessionis frangit, poenam à jure imponi poenam, quam de facto incurrit. Ex p. 4. tr. 8. Ref. 95.

§. 1. **R**espondeo negativè, nisi, ut docet Molfesius in summa tom. 1. tr. 7. cap. 23. num. 68. admitteret error in intellectu revelantis, defendendo licitam esse revelationem huius sigilli, vel aliter male sentiret de Sacramentis Ecclesiæ, quia in tali casu cognitio ejus criminis spectaret ad Tribunal S. Inquisitionis, ubi non recipiuntur denunciations in aliis casibus, sed remittuntur ad iudicem Ecclesiasticum ordinatum, & intelligendus est Alphonsus de Leone de officio Confessarii tom. 1. recollect. 12. n. 12. cap. 3. quatenus dicit Confessarios frangentes sigillum confessionis esse Inquisitoribus denunciandos.

2. Notandum est tamen hic obiter Sacerdoti, qui sigillum confessionis fregit, nullam à jure imponi poenam, quam de facto incurrit. Sed in cap. omni iuris que sexus, de penit. dicitur debere deponi à sacerdotali officio, & ad agendam poenitentiam in arctum Monasterium detrudi. Sed hæc requirunt sententiam iudicis. Ita Coninch. de Sacram. disp. 9. dub. 4. n. 70. Sed Doctores qui referunt poenas infligendas Sacerdotibus sigillum revelantibus, plena manu congerit Augustinus Barbosa, vir quidem doctus, in collect. 10. 2. lib. 3. tit. 8. cap. 12. num. 15. & Menochius de arbit. lib. 2. c. 2. cap. 414.

RESOL. LXXXI.

An Inquisitores possint punire Confessarios, qui tempore Iubilæi absolunt Hæreticos in foro conscientie?
Et docetur non esse puniendum Confessarios absolventem aliquem cum opinione probabilis? Ex p. 4. tr. 8. Ref. 109.

§. 1. **E**X Covarruvia P. Vasquez in 3. part. tom. 4. tract. de excomm. dub. 19. num. 15. & 16. obviat Inquisitores solitos esse punire huiusmodi Confessarios qui tempore Iubilæi, in qua non concluditur tamen in specie crimen hæresis, audent absolvere hæreticos occultos, & ita etiam docet Homobonus in consilio, mor. vol. 2. p. 4. ref. 19.

2. Sed hoc factum displicet Joanni Sancto, qui in selectis disp. 44. num. 2. & disp. 48. n. 51. docet non esse puniendum Confessarium absolventem aliquem cum opinione probabilis, quia res quæ culpa caret, in damnum vocari non debent; cap. 2. de constit. nec sine culpa quispiam puniendus est, cum nullus sit dignus poena, nisi ob culpam, ex l. puerus, ff. ad legem Aquiliam, c. satis perversum, dist. 56. c. innotentum 16. q. 7. Sed Confessarius absolvens virtute Iubilæi hæreticum occultum, non committit culpam, quia utitur opinione probabilis, ut videre est apud me ipsum in tract. de absolutione ab hæresi, * resol. 1. licet ego teneam opinionem negativam; ergo non est dignus aliqua poena. Vnde Molfesius in sum. tom. 1. tr. 7. c. 21. n. 63. sic ait: Quoddam autem dicunt quod Domini Inquisitores punire solent delictum Confessarios, non constat, & de jure non procedit. Ita dicit ille. Sed ego resolutionem huius dubij remitto potestati DD. Inquisitorum.

RESOL.